

Quandus. 4. d. 39. disp. vnica, propositio-
ne. 10. Angles Floribus. 1. p. vbi de matr.
q. 12. ar. 2. dubio. 1. conclus. 1. Cañedo sum-
ma sacram. vbi de matrim. c. 7. n. 66.

14 Hinc deducitur non approbandum esse,
quod docent Veracruz. 2. p. Speculi, art.
32. conclus. 4. Angles Floribus. 1. p. vbi de
matrim. q. 12. ar. 2. in principio, conclus.
2. Petrus de Ledefma de matrim. q. 59. ar.
3. notabili. 3. nimirum, teneri conuersum
præcepto correctionis fraternæ non recedere
ab infideli, quando est certa spes eius
conuersionis. Et ita subdit Veracruz apud
Indos noui Orbis videri hoc esse in præ-
cepto. Quod bona de eorum conuersione
conciptur spes. Sed quantum hoc sit probabile,
at verius existimo contrarium, & confert
quod diximus, num. præcedenti. Si enim
in hoc euentu non licet habitare fidelem:
a fortiori ad id non tenebitur. Et omnes
Doctores, num. 7. allegati valde fauent
hæc parti, dum dicunt fuisse tantum
consilium tempore Apostolorum habitare
fidelem cum infideli, quando spes aliqua
conuersionis infidelis aderat. Nam ea
spe deficiente præceptum erat fidelem
recedere, vt ex D. Thom. & alijs probauit.
10. Nec obstat præceptum correctionis fraternæ
obligans ad consulendum saluti spiritali
proximi. Quia cum Christus priuilegium
concesserit in fauorem fidei, vt eorum
fidelis recedere possit ab infideli (vt dixi,
num. 7.) non est ab eo priuilegium is casus
rarus excipiendus. Nec præceptum correctionis
fraternæ cum tanto coniugis fidei
derimento obligat, vt cogatur eum
coniuge diuersæ religionis habitare, cedere
que; priuilegio suæ libertatis in fauore
væ religionis assumptæ sibi concessio.

15 Id tamen fatendum est, præceptum hoc
diuertendi à coniuge infideli nolente con-
uertere, non obligare cum vitæ discrimine,
sicut nec alia præcepta humana cum eo ob-
ligant. Quare si infidelis apud suos con-
uerteretur ad fidem, & ne proderetur eum
vitæ periculo, commaneret cum coniuge
infideli, feruato iure diuino peruerisionis
discrimen cauendum distanti, vacaret cul-
pa. Atque ita docent Sorus. 4. d. 39. q. vnica,
ar. 3. in solutione ad. 3. sine. Petrus de Ledefma
de matrim. q. 59. ar. 3. sine, & art. 4. dubio.
2. præsupposito tertio. Ludouicus Lopez. 2. p.
instru. de matrim. c. 53. post. 3. notabile. vers.
deinde postremò. Grassis. 1. p. de decisionum,
lib. 2. c. 85. nu. 13. Quamuis minus bene
contradicant Angles Flo-

ribus. 1. par. vbi de matrim. q. 12. art. 2. dubio.
1. conclus. 2. & Vega. 2. tomo summæ c. 34. casu. 147. dicentes teneri statim ad
Ecclesiam Catholicam migrare.

Tandem rogabis, quando alteruter parēs
solus fidelis est, vtrum eorum sequi debeat
proles? Breuiter sic distinguendum est, si pro-
les sit doli capax, nõ est cogenda ad fidem, sed
suæ libertati relinquenda. Nullus enim sui
cõpos ad fidem cogendus est, vt definitur
in conc. Tolet. 4. c. 56. & refertur. c. de Iudæis.
45. d. & docet. D. Aug. contra literas Periliani
lib. 2. c. 83. relatus. c. ad fidem. 23. q. 5.
Si autem nõ sit doli capax, eius cõditio-
nẽ sequi debet, qui ad fidem cõuertitur, vt
si pater conuertatur, decernitur in fidei fa-
uorem. c. fin. in fine, de conuers. infid. &
siue pater, siue mater conuertatur, decernitur
in concilio Toletano. 4. c. 62. & refertur
c. Iudæi. 28. q. 1. & ratio est, quia eò ipso
quod alteruter coniux est fidelis, ius habet
doli minime capax baptizet, vt decernitur
eodem decreto Toletano relato. d. c. Iudæi,
vbi Glossa, verb. Iudæi, ait id eò id est esse
se: quod parens conuersus sit iam de Ecclesia
foro, ac prouide filij eius. c. cum multat. 15.
q. vlt. Et ita tenet. D. Tho. 4. d. 39. q. vnica,
art. 4. ad 4. ab vniuersis Theologis receptus.
Et vniuersi Iurisperiti. c. fin. de cõuers. infid.
vt Host. ibi. in fin. Ioan. And. n. 7. Anton. n. 9.
Abb. n. 8. Cardin. q. 4. fin. Anchar. in fin.
Henricus, num. 4. In dubio autem an vsu
rationis proles gaudeat, in fauorem fidei
inclinandum est, vt bene docent Sorus. 4. d. 39.
q. vnica, ar. 3. in solutione ad. 2. vers. Iudæi
tãdem. Emmanuel Sa summa verb. matrimo-
nium, vbi de impedimentis dirimentibus, nu. 8.
vers. conuersum. Quamobrem licet iure attento
filij minor triennio apud matrem educan-
dus sit, maior autem apud patrem. l. neque
C. de patria potest. At id fallit, quando al-
ter parens infidelis est: tunc enim infans
& si triennio minor, est apud patrem fidelem
educandus: & quamuis sit maior, apud
matrem fidelem. Quod ratio grati, & patri-
æ potestatis cedant fauori fidei. Sic docent
Gloss. cap. finali, in fine, de conuers. infid.
& ibi Henricus, nu. 4. Abulensis. 4. Regum.
8. q. 89. Quamuis Lancelotus Instituta iuris
canon. lib. 2. tit. de diuortijs. 5. item si alter,
verb. assignabitur, minus bene dicat puerum
minorem triennio semper apud matrem
educandum: maiorem uerò apud parentem
fidelem.

DISPUT. SEPTVAGESIMA QVARTA.

An coniugi ad fidem conuerso integrum sit prius matrimonium dissol-
re, ac ad aliud transire, vbi alter conuerti renuit, aut saltem habitare
non vult absq; Dei contumelia, aut pertractione ad peccatum?

SVMMARIVM.

Quando uterque coniux ad fidem conuertitur, neutri licet prius matrimonium dissol-
uere, nu. 1.

Quotuplex difficultas pertractanda sit, nu. 2.

An infidelis nolente habitare sine Dei contumelia, aut sine pertractione ad peccatum, liceat conuerso id matrimonium dissol-
uere, & ad aliud transire? Refertur quedam sententia, nu. 3.

Potest, & tunc prius matrimonium dissoluitur ex Christi priuilegio, nu. 4.

Quid, si infidelis cohabitare noluit ob fidelis adulterium? nu. 5.

Quid sit nolite habitare sine Dei contumelia, & absque pertractione ad peccatum? nu. 6.

Satisfit argumentis, nu. 7.

An quando infidelis conuerti renuit, at vult habitare sine Dei contumelia, & pertractione ad peccatum, possit fidelis dissol-
uere prius matrimonium, & aliud inire? Refertur quedam sententia, nu. 8.

Proponitur sententia Authoris, nu. 9.

Tunc dissoluitur matrimonium ex Christi priuilegio, nec id mutatum est, nu. 10.

An desideretur iudicis sententia, vt id matrimonium dissolui possit? nu. 11.

An præquiratur infidelem moneri, an velit conuerti, aut legitime habitare? nu. 12.

Quid, si aliunde moraliter constet obstinatio infidelis? nu. 13.

Quid, si infidelis adeo distet, vt commode requiri nequeat? nu. 14.

An sufficiat factu constare voluntate infidelis, vt quia ille transiit ad nuptias? nu. 15.

Quid, si dubium sit de infidelis voluntate: vel quidam nuntius illam refertur? nu. 16.

An desideretur iudicem præferre terminum intra quem infidelis conuertatur? nu. 17.

An infidelis inducias petenti ad conuersionem, sint annuendæ? nu. 18.

An sit opus adhibere testes obstinationis infidelis? nu. 19.

Soluuntur argumenta, nu. 20.

Liud est querere an possit dissolui matrimonium altero infideli renuente conuerti, aut legitime habitare: de quo est præfens disputa-

tio. Aliud autem, an ipso facto dissoluatur tunc matrimonium vinculi: de quo subsequens instituitur. Et quidem quoad vterque; infidelis ad fidem conuertitur, omnibus est com-
pertum minime dissolui posse prius matrimonium, sed omnino firmum manere. Quia nil est cur dissoluatur.

Duplex autem difficultas pertractanda est. Prior, an quando infidelis aut omnino renuit cohabitare: aut nõ vult sine contumelia Saluatoris, aut sine pertractione fidelis ad peccatum mortale, integrum sit fidelis id matrimonium dissol-
uere, ad aliudq; transire? Posterior, an id liceat, quãdo infidelis conuerti renuit, at vult habitare sine contumelia Christi, & sine pertractione fidelis ad peccatum?

Circa priorẽ difficultatẽ, Caiet. in eũ locũ. ad Corin. 7. Nõ enim seruituti subiectus est frater, non solũ se mirari dicit, sed etiã stupere, q̃ excipite Christo solã fornicationis causam, vt liceat innocenti coniugi recessus, nõ admittat DD. in eo euentu coniugij vinculu dissolui: & tamẽ D. Paulus id nõ ita clarẽ assertet, colligat ex eõ testimonio posse matrimonium dirimi altero infideli coniuge nolente habitare eũ conuerso ad fidem, aut nõ sine contumelia creatoris, aut sine pertractione ad peccatum mortale habitare volenti. At statim quasi se corrigens subdit admittendũ esse eũ sensu testimonij. D. Pauli, eò q̃ antiquo Ecclesie vsu receptus sit, & is textus eũ sensu patitur. Et audacius loquitur est Arbor. lib. 6. Theof. c. 10. fin. vbi tãquã opinionẽ relinquunt, ad possit tũc dissolui matrimonium, & dicite liberũ esse cuiusq; vtrã eligere velit opinionẽ. Et probatur tũc nõ posse dissolui. Primò ex illo Math. 16. vbi Christus dicit, Quos Deus cõiungit, homo non separet: vbi indistincte id de quõedq; matrimonio vadi-
do asseruit, quale est infidelium. Secundo, quia D. Paul. ad Rom. 7. sola coniugis alterius morte posse dissolui matrimonium eõ summãtã cõiungit. Nec. 1. Corin. 7. dixit nõ lĩte habitare legitime infideli dissolui matrimonium, sed fas esse fidelis discedere, nec

habiebam esse seruicium. Quod satis verificatur cōcepto tunc diortio, absq. vinculi dissolutione. Sicut verificatur testimoniū Christi dicentis Matt. 19. posse cōiugem dimitti fornicationis causa. Tādem, quia Cōcilij Meldense. c. i. relatum. c. 1. 28. q. 2. Videtur contrariū de cedere, ibi: *Si quis habuerit uxorem vīgīnti ante baptismum. viuentē illa, post baptismū alteram habere nō potest. Crimina enim in baptismo sō uincunt, non coniugia.*

4. Ceterū cōclusio certissima est, de qua absq. errore manifesto in fide dubitari minime potest. Matrimonij infidelium quātumuis cōsummatū potest dissolui, si alter coniux ad fidē conuertatur, alter autem in infidelitate pertinax, aut omnino cohabitatiōne respuat, aut habitare nolit absq. creatōis cōtumelia, vel absq. eo quōd coniugem fideli ad peccatū lethale pertrahat: & tunc integrū est cōuerso ad alias nuptias migrare. Probat̄ ex testimoniō. D. Pauli. Cor. 7. *Quod si infidelis dīcedat, dīcedat, non enim seruicij subiectus est frater, aut soror in huiusmodi. Quomodo ita intelligit̄. D. Ambrosius in eī locum relatus. c. fin. 2. q. 1. Quāquā falsū si textus tribuatur. D. Gregorius, nō enim apud ipsū reperitur: & ita etiam intelligit̄. serē omnes expositores. Et quod plus est, ita intelligit̄ testimoniū Innocēti. III. c. quanto. de diortijs. vbi & hanc cōclusionem definit, his verbis: *Si alter infidelis coniugū ad fidem catholicā cōuertatur, altero vel nullo modo vel non sine blasphemā diuini nominis, vel vti ei pertrahat ad peccatū mortale, ei cohabitare volēti: qui relinquitur, ad secūta, si noluerit, vtra trānsiit. Et in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus, si infidelis dīcedit, dīcedat: frater enim vel soror nō est seruicij subiectus in huiusmodi: & canonē in quo dicitur, cōtumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. Idēq. definit idēmet Pontifex. c. gaudemus, vers. qui autem. de diortijs. Et cōstat in intellectū. Quippe si infidelis dīcedente, aut nolente legitime habitare, fidelis ita alligatus esset eo matrimonio, vt non posset ad aliud trāsire, seruicij subiectus esset propter infidelitatis malitiā, cōtra Paulinū testimoniū. Vnde posse dissolui matrimoniū in his cōtibus, nō est ex iure aliquo Pontificio: matrimonij enim cōsummatum nō potest iure Pontificio dissolui, quātuis in infidelitate inuitū sit, salē lege generali. Sed dissoluitur ex priuilegio Christi id in fidei fauorem concedētis: quōd priuilegiū. D. Paul. explicuit. Cor. 7. in verbis allegatis, ita intellectis ab**

Ecclesia. Et ita haberi hoc ex Christi priuilegio docent Abulensis. 1. Reg. 8. q. 3. D. Bonau. 4. d. 39. arr. 2. q. 2. Et ibi Sotus. q. v. nica, art. 4. col. 3. & melius col. 5. ver. ad primū igitur. Et ibi Oandus disput. vnicā, ad fin. Verac. 2. p. Speculi, art. 28. concl. 2. & col. antep. Angles floribus 1. p. vbi de matris. q. 10. art. 2. dub. 4. diff. 1. Henriquez lib. 11. de matris. c. 8. nu. 4. & lib. 12. c. 13. nu. 5. Gallego de cognatione spiritus. c. 3. nu. 7. Petr. de Ledesma. de matris. q. 59. art. 5. concl. 4. Barthol. à Ledesma dub. 56. de matris. post. 2. conclus. Ludo. Lopez. 2. p. instrum. ij. vbi de matris. c. 53. col. 4. Cafedo de Sacramentis, vbi de matris. e. 7. nu. 67. in cōmento. Quātuis alij asserant iure Pontificio tunc dissolui, Ecclesia sic interpretatur ius diuinum de matrimonij indissolubilitate. Sic Abbas. c. quanto. nu. 5. de diortijs. & ibi Alexander de Neuo. nu. 9. Prepositus in si. Palud. 4. d. 39. q. vnicā, art. 2. nu. 12. Huius autē priuilegiū ac dispensationis Christi in matrimonij indissolubilitate (vt tradūt vniuersi Doctores, & fufas Abulensis. 1. Reg. 8. q. 3. 2. fin. & q. 10. & 108. 101. 104. 37. ratio fuit, ob necessitatem, qua astringitur fidelis ad vitandā cohabitatiōem coniugis infidelis in his cōtibus. Et idē in fauorem fidei instituit Christus integrum esse tunc fideli matrimonij vinculum dissolueri. Quia cūm Christus noluerit quem piā obligare absq. propria volūtate, & culpa, ad vitā cœlibem ducendā: nec fideli in ijs cōtibus liceat cō infideli habitare, & consequenter, nec habitare possit: (id enim possumus, quod honeste possumus) æquū fuit vt daretur cōiugi fideli facultas alterius matrimonij ineundi. Grauisimum enim onus esset, nec suauitatis iugi Christi cōsentaneū, imperfectos, ac in fide tyrannulos obligare ad actūs heroicos castitatis: de quibus Christus Marth. 19. dixit, *Non omnes capiūt verū istud.* Et cōfirmatur, quia maximē deterrerent infideles à conuersione, si fide suscepra tenerentur à coniuge infideli reuēte debito modo cohabitare, recedere, nec ad fidem cōuerso liceret periculo suæ incontinentiæ cōsulere, aliud matrimoniū ineundo. Cūm ergo maius sit bonum fidei, quā cōiugij, consentaneū rationi fuit, vt Christus fidei, ac cōiugiorū auctor, fauorē fidei præferens statueret posse in his cōtibus dissolui matrimonium. Tādē, quia (vt optime ait Abulens. 1. Reg. 8. q. 108.) quātuis Apostol. 1. Cor. 7. solum casum explicauerit, quo infidelis dīcedit, ibi: *Quod si in*

infidelis dīcedit, dīcedat: non enim seruicij subiectus est frater: liceat fideli recedere, atq. à prioris matrimonij vinculi seruicute fe eximere: nec expresserit quādo infidelis nō recedit, sed habitare eligat cū creatoris contumelia, aut pertrahens ad mortale, meritō tamē ac iure optimo Pontifices & vniuersi Doctores ex ijs verbis Pauli colligunt idē dicendū esse, quādo infidelis non omnino recedit, sed modo prædicto habitare vult. Quippe tūc verē dicitur infidelis dīcedere: quia et si non recedat corpore, cogit tamē fidelē recedere. Nā si fidelis tenetur tūc recedere ab infideli cōsortio (vt probat̄ disp. præcedētī. n. 10.) atq. ita præbens causam necessariā fugæ, ipsum fugat: ac cōsequenter infidelis dicitur recedere à fideli, quē fugat. Sicut quādo aliquis recto tramite aliquid tendit, qui tramitē illum sequi renuit, obliquū eligēs, verē dicitur recedere ab alio, cū illac tendere deberet. Hinc est quod dixerit Innoc. III. c. quanto, de diortijs: & D. Ambros. 1. Corinth. 7. relatus. c. final. 28. q. 2. contumelia creatoris solueri ius matrimonij circa eum, qui relinquitur: vbi fidelem dicunt relinqui ab infideli nolente habitare sine Dei contumelia, vel sine pertrahione ad peccatū. Quia eo modo admittit, quo non licet fideli ius consortio vti. Vnde Host. eo. c. quanto. n. 1. super, verb. qui relinquitur, & ibi Ioan. And. n. 3. Abb. num. 6. Anchar. n. 10. Alexander de Neuo. n. 5. Prepositus. n. 2. vers. itē nota, explicantes eum textum aiunt infidelem dici relinquentē, & fidelem relitum: eō quōd cūm ambo fidei amplecti tenentur, infidelis eam relinquit, fidelis illam amplectente.

5. Tēperat autē hoc (& benē) Abulens. 1. Reg. 8. q. 55. nisi infidelis iustē ac iure suo vrens renuat habitare cō fideli: vt si infidelis sit innocens, fidelis autē adulterij reus, aut tēpore infidelitatis, aut post fidem receptā, nec adulterij illius iniuria ab innocēte remissa sit: tunc enim si ratione adulterij diuertat infidelis, nō poterit fidelis prius matrimonij dissolueri. Quia priuilegiū hoc Christi dissoluedi prius matrimonij, cōcessum est cōsulendo imbecillitati tyrūculi in fide, ne absq. culpa sua cœlibe vitā traudere cogatur, & tēpore continentię seruandę deterreretur à fide suscipiēda. At in hoc casu nō cogitur ad cōtinentiā propter fidē susceptā, sed ob culpam adulterij qua infectus est, & cuius ratione infidelis iustē diuertit. Nō est igitur eut fidelis pos-

sit dissolueri matrimonij ratione fugę infidelis. Et cōfirmatur, quia tūc infidelis recedens non delinquit in matrimonij legē, imō ipsa cōcedente diuertit. Cū ergo nulla fideli iniuria irrogeret, non concedetur ipsi prius matrimonij dirimere. Si ramen postea infidelis in adulterij incidat, vel adulterij iniuriam fideli condonet, ex tūc locum habebit doctrina. n. præcedētī tradita. Quia iā infidelis dīcedēdi iure caret.

6. Sed rogabis, quid sit infidelē nolle habitare sine contumelia creatoris, vel sine pertrahione ad peccatū mortale? Et vt clarē procedamus, prius dicemus quid fit nolle absq. contumelia Dei habitare. Deinde quid nolle absq. pertrahione ad peccatū mortale. Et quid id cōtumē est, nolle habitare sine creatoris cōtumelia, nō esse vel infidelē in suo deorū cultu, aut in alio ritu suo infideli peristere. Nam quoties cōuertitur renuit, manifestū est, eum in sua lege velle permanere, & fore vt is legis suę præcepta, & ritus infideles obseruet. Et ita nō esset cur Innoc. III. c. quanto, & c. gaudemus, de diortijs. & omnes Doctores distinguant, an infidelis renuēs cōuertit, vel habitare sine creatoris cōtumelia, nec ne. Et ita docent Ledes. 2. p. 4. q. 61. artic. 4. sine. Veracrus. 2. p. Speculi, art. 30. conclusi. 1. Petrus de Ledesma de matris. q. 59. art. 5. dubio vnico, post. 2. conclusiōne. Bartholomæus à Ledesma de matris. dubio. 56. statim in principio, fundamento. 2. Difficultas autem est, an desideretur quōd infidelis dicatur nolle habitare absq. contumelia creatoris, vt id peccatum infidelitatis aliquo modo reddidit in coniugem fidelem, eō quōd infidelis eum peruertere nitatur trahendo ad infidelitatem? Id enim desiderari, sentire videtur expressē. D. Tho. 4. d. 39. q. vnicā, ar. 5. corpore, vbi hæc ait. *Si autem infidelis nolit cohabitare sine contumelia creatoris, in verba blasphemia prorumpens, & nomen Christi audire nolens, tūc si ad infidelitatem pertrahere nitatur, vis fidelis potest alteri per matrimonium copulari.* Ecce qualiter expressē petit vltra verba blasphemiz, & nolle audire nomen Christi, vt infidelis nitatur fidelem peruertere. Et eodem modo loquitur Durandus. 4. d. 39. quæst. 2. num. 10. Nauar. summa cap. 22. num. 49. Palacios. 4. d. 39. disput. vnicā, column. 13. fol. 910. Valencia. 4. par. disput. 10. quæst. 1. puncto. 7. vers. prima igitur, Henriquez lib. 11. de matrimon. cap. 8. numer. 4. & expressē tenent Ledesma.

2. p. 4. q. 61. ar. 4. fin. Veracruz. 2. p. Specul. ar. 30. concl. 1. Toledo lib. 7. summa. c. 71. n. 3. Vnde ait Veracruz eo art. 30. concl. 2. velle habitare cū contumelia creatoris, nil aliud esse, quā efficere infidelē coram fidei quocūq; ad infidelitatis ritū pertinētia, vel aliud quodeūq; in fidei contumelia, per quod periclitetur fides infidelis cōjugis ad fidē conueniri. Ex altera autē parte videtur id non esse necessariū. Quōd textus. c. quanto, & c. gaudemus, de diuor. aperte distinguit inter nolle habitare sine contumelia creatoris, & inter nolle sine pertractione ad peccatū mortale, ibi. *Alitero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel ut cū pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volent.* Vbi non peritū textus trāctionē ad diuini nominis contumeliam, sed trāctionē ad aliud peccatum mortale. Et ita expresse significat Scot. 4. d. 39. q. vnic. ar. 2. vbi explicat nolle infidelē sine contumelia creatoris habitare, quia blasphemias in Deū dicitur, vel sollicitat conuersum ad infidelitatem. Et eodē modo explicat. D. Bonauent. 4. d. 39. ar. 2. q. 1. & ibi Ricardus ar. 2. q. 2. Supplementum Gabrielis. q. vnica. ar. 2. concl. 6. Sotus. q. vnica. ar. 4. in fine corporis. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. ar. 5. dubio vnico, concl. 2. Bartholomæus à Ledesma de mati. dubio. 56. statim in principio, fundamento. 2. Sed existimo vtrūq; Doctores verē nō distingere. Quia quoties infidelis coram fidei conuitiā iactat in Christum, & fidem, fidelis non debet id sustinere, & ita cogitur recedere (vt benè docet Abulenſis. 1. Regum. 8. q. 111. Aliās reputabitur patronus eius turpitudinis, ac coniuens illis conuitijs: eō vel maximē quōd tanquā reens conuersus, sit non modicū de fide suspectus. Et si vir retinens adulterā censetur adulteri paronius: cum sit res tam viris odiosa, ac in eorum maximum dedecus cedens: quādo fortitū coniuu fidei tyrannulus, qui imberbat totā vitā suā curriculo infidelitatem, & illa fidei conuitiā, reputabitur illorum fautor, si passim illa audies non recedat? Addeque non modicum obijci periculum peruersionis coniugi illi infidelitatem in fide, ex crebro illorum conuitorum in Christū auditu. Et ita semper verificatur ea conuitiā coram fidei iactata ab infideli coniuge, redundare in ipsummet fidelem, nisi recedat. Et satis est verbis vel factis inducere. Pertractio autē ad peccatū mortale, non dicitur quando

infidelis suggerit fideli, vel leuiter suadet aliquod peccatū mortale. Quia textus. c. quanto, & c. gaudemus, de diuor. expressē dicunt, quando infidelis pertrahit fideli ad peccatū mortale. At tractio motionem quādam violentā importat, & proposito illa, per, petit consummationē. Quare desideratur vt talis sit persuasio, vt quasi vim aliquā inferat. Et ita docent Abulenſis. 1. Regū. 8. q. 108. Verac. 2. p. Specul. ar. 1. cōcl. 2. & 3. Petrus de Ledesma de mati. q. 59. art. 5. dubio vnico, concl. 2. Quamuis Bartholomæus à Ledesma de mati. dubio. 56. statim in principio, fundamento. 3. dicat non exigi motionē violentā, quali homo dicitur cogi ad peccatū, sed satis esse suggestionem, aut suasionem. Idq; probat ex D. Aug. lib. de fide & operibus. c. 16. relato. c. vxor legitima. 28. q. 1. quem sequitur Beda in illud. 1. Corinth. 7. quōd si infidelis discedit, vbi vterq; dicit tunc licere vxori vt cum illo non commaneat, nisi de latrociniō diuitias congregat, aut aliud peccatum admittat. Caterum hoc testimonium nil cōtra prædicta probat: intelligendū enim est, quando ijs verbis aliquid pertractionis ad peccatū inest. iuxta. d. c. quanto, & c. gaudemus. Quare cōcludit benè Abulenſis. d. c. 8. q. 111. & Veracruz eadē ar. 3. ad finē, pertractionem hanc esse quōties fidelis attrāta propria fragilitate periculo lapsus exponitur, siue monitione leui, siue quodammodo violenta, & importuna; aut suggestionē infidelis. Vnde dicitur periculum hoc nō æqua lance in omnibus librandum esse. Fœmina enim facilius labetur, & inter ipsas fœminas, seu viros, quidam alij proniores ad ruinā in peccatū sunt. Facili autē periculum hoc cōuertimur, cū infidelis recēs cōuersus facillimus sit ad ruinam, vt potē qui neq; in fide, neq; in bonis moribus radices egerit, sed pessimos imbiberit, illisq; assuetus sit. Et ratio est manifesta. Quia hoc institutū est vt fidelis imbecillitate consulatur. Ergo ea suasio verbis, vel factis inducā, spectanda est, que attenda fidelis fragilitate, periculum ruinæ ei offert. Adde tūc teneri fidelē recedere, ne amans periculum pereat in illo: & consequenter tunc dicitur infidelis nolle habitare. *Ad argumēta. n. 3. proposita respondetur. Ad primū constat ex dictis. n. 4. vbi probauimus id matrimonium nō dissolui humana, sed diuina auctoritate. Ad secundū constat ex ibidem dictis, vbi ostendimus eam esse*

Pauli mente in eo loco. 1. Corint. 7. & dicitur ad Rom. 7. censet matrimonium consummatum sola morte dissolui, intelligendus est de matrimonio fidelis cōsummato, quod perfectē repræsentat vnionē Verbi cū humana natura indissolubile, & est sacramentū. Quæ in matrimonio infidelis cōsummato desideratur, & idē non omnimodā indissolubilitate gaudet. Ad tertium dicē Soto. 4. d. 39. q. 1. vnica. 4. col. 5. vers. propter canonē, eū textū intelligendū esse iuxta interpretationem Pontificiā. c. quanto, & c. gaudemus, de diuor. nēpe, quādo infidelis aut omninō recedit, aut habitat vult cū creatoris contumelia, aut pertrahendo ad peccatū. Nec mysterium aliquod claudidū quōd ibi sermo fiat de virgine infidelis, idē enim esset de corrupta: sed forte de sola virgine quæritum est, vt benè ait Glof. eo. c. 1. verb. virginem.

8. Posterior difficultas est. Vtrū quando infidelis conuertitur, vult tamē habitare sine contumelia creatoris, & sine pertractione ad peccatū, liceat alteri ad fidē conuerso matrimonium illud dissoluere, ad aliudq; transire? Duplex est sententia. Prima ait nō posse dissolui, nec aliquid iniri: quāvis tunc non teneatur fidelis habitare cū infidelis. Dicitur, quia hoc matrimonium dissoluitur ex solo Christi priuilegio Ecclesiæ manifestato per. D. Paulū. 1. Corint. 7. (vt n. 4. diximus) Sed. D. Paulus loquitur, quādo aut infidelis omninō recedit, aut non vult habitare sine creatoris contumelia, aut pertractione ad peccatū, vt illum explicat Inno. III. c. quanto, & c. gaudemus, de diuor. ergo extra hos casus nequit dissolui. Et conuertatur, quia eō. c. gaudemus, expressē dicit Inno. III. nō dissolui posse matrimonium, nisi in illis duobus casibus. Et amplius confirmatur, quia post. D. Paulū tēpora nullam aliam huius dissolutionis reuelationem factā esse Ecclesiæ constat. Cū tamen Ecclesia nequeat dissoluere absque Christi priuilegio, nec aliter de illo certatio fieri, quā vel ex sacris literis, vel ex reuelatione. Secūdo, quia si priuilegiū Christi per. D. Paulum manifestatum, fuit vt in solis illis duobus euentibus matrimonium hoc posset dissolui, sicut nec tunc poterat extra illos dirimi, ita nec modō poterit. Priuilegiū enim illius mutationem fidam esse minimē constat. Tertio, quia omnes opinionis huius Authores post tempora illa scripsere, quibus interdīcta erat habitatio fidelis coniugis cum infideli nolen-

te conuertitur; quāuis pacificē, & sine Christi contumelia habitare vellent (vt constat ex dictis disput. præcedenti, num. 11. vbi omnes illos hoc fecerit retuli.) Et tamen censuere extra duplicem casum prædictū nō posse dirimi matrimonium. Ergo remaneret videtur asserere posse dissolui quoties infidelis cōuertitur respicit. Quarto, quia et si res hæc esset dubia, fācilem est in dubio valori matrimonij, eiusq; indissolubilitati: vt potē quo dicitur eius possessio est, attentō iure naturali diuino. Tandē quia in his euentibus cōcessit. Christus dissolutionē matrimonij in fauorē fidei, eō quātunc cum illa pugaret. Quod minimē euenit, quādo permittitur fideli pacificē fide seruire, atq; infidelis absq; illius iniuria cohabitatiōē amat. Et iteod huius sententiæ sunt ex Theologis. D. Th. 4. d. 39. q. vnica. 5. corpore. & ibi. D. Bona. ar. 2. q. 1. Ricard. ar. 2. q. 2. D. Aran. q. 2. nu. 12. Palud. q. vnica. ar. 2. h. 2. Supplem. Gabriel. q. vnica; ar. 2. concl. 6. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 6. notabil. 3. Abulenſis. Regum. 8. q. 2. 3. 4. 7. 9. 2. 101. Arbo. lib. 11. Theosophia. c. 16. vers. quartæ rationis dilutio. Et in ea verba. D. Pauli. 1. Corin. 7. Filij vestri immūdi essent. Claudius in eundē locū, explicans ea verba. Nā ceteris ego dico. Phorius, & Gagnatus in eundē locū, super illa verba. Quōd si infidelis discedit. Ruardus Taper art. 18. Louanien. §. quōd matrimonium inter infideles. Ledesma. 2. p. 4. q. 6. 1. ar. 4. col. 2. Ouan. 4. d. 39. q. vnica. proposit. 2. & ibi Celaia. q. vnica, col. 2. Toledo lib. 7. summa. c. 7. n. 3. Valentia. 4. p. disp. 10. q. 1. puncto. 7. col. 2. & in suis controuersijs, lib. vnica. de indissolubilitate matrimonij. c. 11. Philiareus de officio sacerdotis, tom. 1. par. 2. lib. 2. c. 5. fin. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. ar. 4. dubio. 2. conclus. vnica. Casedō de sacram. vbi de mati. c. 7. n. 67. & hi duo nominatim improbant secundā sententiā statim proponendā: atq; Petrus de Ledesma ita mordicus hanc tunc, vt dicit eam esse certissimam. Et ex Iurisperitis eandē tunc Gratianus, cap. fin. 28. q. 2. Goffredus summa, tit. de diuor. n. 9. Hostiensis. c. gaudemus, nu. 13. de diuor. & ibi Anton. 3. p. proposit. quanto. n. 5. eodem tit. Henricus. d. c. gaudemus. nu. 2. & 3. Rainorius. 2. p. summe tit. de matrim. c. 21. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 10. q. 2. Rosella. verb. impediment. impediment. 9. nu. 7. & ibi Supplementum Pisanæ impedim. 9. n. 7. Tabien. impedim

8. q. 2. nu. 3. Angelus, verb. matrimonium. 3. impedimento. 10. nu. 1. Syllu. verb. matrimonium. 8. q. 10. dicto. 6. Armilla, verb. matrimonium. n. 8. Nauar. summa. c. 22. n. 49. Turrec. c. simili modo. n. vnico. 28. q. 1. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 175. nu. 429. Matienço lib. 5. recopill. tit. 1. rubrica. Glossa. l. n. 160.

Secunda sententia (quæ veriorum existimo, quâuis precedens sit valde probabilis) ait quâuis tempore primitiue Ecclesie, quo licebat fideli habitare cū infideli volenti habitacione absq; creatoris contumelia, & sine pertracione ad peccatū, non posset dissolui matrimonium volente infideli ita habitare, & si conuerti ad fidem reueneret: at postquā nō licet talis habitatio, nisi infidelis conuerti eligat ad fidē, posse dirimi vinculo prioris matrimonij, & ad aliud trāsiri, quoties infidelis conuerti respuit, quātumuis pacifice habitare velit sine Dei contumelia, nec pertrahens fidelē ad peccatū. Ducor quia iuxta Pauli testimonium. 1. Corint. 7. tūc fidelis nō est subiectus seruituti prioris matrimonij, sed liber est ad aliud inueiendū, quoties infidelis discedit, ac relinquat fidelē, tunc autē dicitur fidelis relictus, ac desertus ab infideli recedente, quoties vel infidelis omninō recedit, vel eam cohabitacionē eligat, quæ fidelis illicita est (vt ex textibus, & Authoribus probauit. n. 4.) Cū ergo hodie illicitū sit fideli habitare cū coniuge infideli in infidelitate pertinaci, et si velit sine Dei contumelia, & pertracione ad peccatum habitare (vt probauit disput. præcedenti, nu. 12.) infidelis nolens conuerti, dicitur reuera recedere, & fidelē relinquere: & consequenter integrum erit fideli id matrimonium dissoluere, & ad aliud transire. Et confirmatur, quia priuilegium dissoluedi matrimonij in hoc euentu expressum est in prædicto testimonio. D. Pauli. 1. Corint. 7. quippe (vt aduertimus. n. 4. ex Abulen.) Paulus solū explicuit casum, quo infidelis renuit cohabitare, & ex eo sequuntur alij duo casus, nimirū, quādo non vult habitare sine Dei contumelia, vel pertracione ad peccatum, quia tūc verē dicitur infidelis recedere eam solam cohabitacionem amans, quæ fidelis interdicta est: At in præsentī casu eadē prorsus ratio hodie militat: cū infidelis nolens conuerti, & habitare volens etiā sine Dei contumelia, & pertracione ad peccatū, eligat habitacionē fidelis veritā. Ergo is casus cōprehensus erit hodie in eo priuilegio Christi explica-

to à D. Paulo. Secundū, quia si in hoc casu non integrum esset fideli ad alias nuptias trāsire, subiectus esset seruituti prioris matrimonij absq; sua culpa, & propter solius infidelis culpā non posset illo vri. Cuius contrariū tradidit Apostolus in loco allegato, docens non esse fidelē subiectū seruituti in huiusmodi. Tertiū, quia ratio huius priuilegij concedendi fuit, ne fidelis coactus præcepti necessitate recedere ab infideli nolente legitime habitare, cōpelleretur absq; sua culpa vitā cōsibem traduere, & ne timore continentie seruicium retraheretur infideles à fide suscipienda. Quæ ratio omninō militat in præsentī euentu. Cū hodie quoties infidelis renuit conuerti, necessariū sit fideli diuertere: & si nequeat ad alias nuptias migrare, cōpelleretur absq; sua culpa in cōsibatu permanere. Ergo in hoc casu habet locum priuilegium ad Christū cōcessum dissoluedi prioris matrimonij, & alterius inueiendi. Et ideo huius sententia sunt, Victoria in suis prælectionibus Salmantice habitis (vt et refert Petrus de Ledesma, nu. præcedenti allegatus.) Turrec. c. Iudæi, art. 3. nu. 3. 28. q. 1. Sorus. 4. d. 39. q. vnica, ar. 4. column. 3. vers. et tamen hic. Veracruz. 2. p. Specul. art. 29. ad fin. Palacios. 4. d. 39. disp. vnica, columna penultima, vers. admonendus. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 8. n. 4. fin. & in commento, l. 1. c. 8. n. 4. fin. & in commento, l. 1. c. 8. n. 4. fin. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimētib. n. 8. vers. conuersus ad fidem. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 56. post. 2. conclusionem. Ludouicus Lopez 1. p. instrumēt. vbi de matr. c. 53. col. 4. vers. circa illum articulū. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. cap. 230. fin. Vega. 1. tomo summa. c. 34. casu. 143.

Hinc deducitur, non esse dicendū, priuilegium Christi nunc mutatum esse, sed à principio eōcessum fuisse pro omnibus illis euentibus, in quibus esset illicita coniugij fidelis habitatio cū infideli in infidelitate permanēti. Quia tūc infidelis recedere dicitur, (vt nu. precedenti probauimus) & D. Paulus. 1. ad Corint. 7. declarauit id priuilegium concedi fideli, quoties infidelis recedit. At eū esse interdicitam habitacionem pendeat à præcepto humano eā prohibenti, variatur successu temporū. Tempore enim primitiue Ecclesie, in quo frequens erat infidelium conuersio, neq; erant ita obstinati, licita erat cohabitatio, quando infidelis conuerti respuens vo-

lebat

lebat habitare sine Dei contumelia, & sine pertracione infidelis ad peccatum: Et ideo tūc in illis solis euentibus, quibus volebat infidelis sic habitare, locum habebat priuilegium hoc dissoluedi matrimonij. Postea verō cū interdicta sit habitatio, etiā si velit infidelis sic habitare, manens tamen in sua infidelitate, dissolui vtiq; poterit ex eodem Christi priuilegio per D. Paulum explicato id matrimonium, quoties infidelis conuerti renuerit, quantumuis velit habitare sine Dei contumelia. Quæ diuersitas nō cōtingit ex ipsius priuilegij mutatione, sed ex mutatione præcepti. Sicut olim matrimonium clandestinum validum erat, nunc tamen est irritū, non per aliquā materiam, vel formam. Sacramenti mutationem: sed per mutationem cōsensuum legitimorum. Semper enim fuit materia cōsensus legitimus: at qui olim clam prælitus erat legitimus, redditus est ab Ecclesia illegitimus. Sic ergo priuilegium Christi immutatū perseverat, quod ab initio fuit vt fidelis posset dissoluere matrimonium, quādo infidelis nō vult modo licito habitare cū infideli: solū autem facta est mutatio per Ecclesie præceptum, circa hūc modū licitum. Nam qui olim licitus erat, est hodie illicitus. Vt explicauimus.

Secundū deducitur, nullam iudicis sententia desiderari, vt infidelis renuente conuerti, (seu iuxta aliā opinionem habitare sine dei contumelia, vel pertracione ad peccatū) possit fidelis matrimonium dissoluere, ad aliudq; transire. Quod constat ex c. quanto, de diuorij, & c. finali 28. q. 2. vbi habetur contumeliam creatoris soluere ius matrimonij circa eum, qui relinquitor: & huic liberum esse ad alias nuptias migrare. Non ergo desideratur sententia aliqua iudicis. Secundū quia facultas hæc matrimonium dissoluedi, ex solo Christi priuilegio habetur (vt n. 4. ostēdimus) sicut ex eodē priuilegio matrimonium ratum dissoluitur per professionem. Sicut ergo in hoc casu dissoluitur matrimonium non indiget iudicis sententia, ita nec in illo. Tandem quia D. Paulus. 1. Corint. 7. vbi hoc priuilegium manifestauit, nullam iudicis sententiam petijt: sed absolutā à seruitute matrimonij libertatem dixit competere fideli in illis euentibus. Et ita vtiq; Gloss. c. si infidelis verb. libertatem. 28. q. 1. & c. finali. verb. soluit. 28. q. 2. & c. quanto verb. qui relinquitor, de diuorij: & ibi Innoc. nu. vnico, paulo post principium. Host. nu. 3. Antoni-

ni. 9. Abbas. num. 7. Quod idem videtur clarē tenore Præpositi. nu. 5. solū enim petit declarationē Ecclesie: vt ipsi cōstet. Idem tenent. Goffredus summa. tit. de conuers. infidel. nu. 2. Abulen. 1. Regum. 8. q. 119. & 121. Nauar. lib. 3. consil. tit. de conuers. infidel. in 1. editione, consil. 2. nu. 5. in 2. consil. 1. nu. 5. Sotus dicens: fortē ita esse. 4. d. 39. q. vnica. art. 4. column. 6. vers. nihilominus. Tribi. Quandus. q. vnica, propositione. 3. Veracruz. 2. p. Speculi, art. 33. conclus. 3. Vnde non est audiendus Turrec. c. Iudæi. 28. q. 1. art. 3. nu. 3. & 4. vbi ait desiderari iudicis sententiam, nec posse fidelem ea nō præmissa ad alias nuptias transire. Benē tamen verum est, quod docent Hugone citato Albericus in suo dictionario, litera I. verb. infidelis vers. in dictis tribus casibus. Monald. in summa, era. de matrim. vbi de dispari cultu vers. item patet ex his. Ioānes de Triburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 10. q. 9. nempe, desiderari sententiam Ecclesie, quando casus est occultus, matrimonium autem publicum: non vt dissolutio hæc matrimonij, & aliud iocum firma sint, sed vt ritē, & re q̄ id fiat, ob scandalum vitandum. Sicut quando adulterium est occultum, & ita ex diuorij oriatur scandalum, exigitur sententia Ecclesie: vt diuortium licite fiat: absq; ea tamen validum esset, & ritē etiam feret, si scandalum occurreret.

Tertiū deducitur necessariam esse monitionem infidelis, aut interrogationem, an velit conuerti, (seu iuxta aliā opinionem, an velit habitare sine Dei contumelia, nec ad peccatum pertrahens) vt possit fidelis matrimonium dissoluere, & ad aliud trāsire. Constat, quia id effici nequit, nisi infideli renuente conuerti, aut iuxta aliam sententiam renuente legitimam cohabitacionem, vt ergo valide id fieri possit, necessarium est constare de voluntate infidelis renuentis (conuersionem aut legitimam habitacionem) ac prōinde vt hæc voluntas cōstet, necesse est ipsū moneri, seu interrogari. Et confirmatur, quia si statuit aliquid, videretur statuerē illa sine quibus id commodē fieri nequit. I. penult. ff. de usufructu: & l. quicumq; §. si ei quem ass. de consili. actio: At non potest commodē fieri voluntas coniugis non conuerti ad fidem, nisi interrogetur, seu monetur. Ergo statuens matrimonium non posse dissolui sine prædicta voluntate infidelis renuentis conuersionem, & vel

legitimam

privilegio per Paulum explicato ostendimus, & absque eius mutatione, sed ob solam præcepti Ecclesiastici variationem. Ad tertium fateor, eam Doctorum auctoritatem concludere oppositam sententiã esse valde probabilem. Quod nos num. 9. falsi sumus. At non est mirum, oppositam pauciorum, nec tanta auctoritatis, esse probabiliorum. Quia quotidie novæ rationes ponderantur, quæ oppositam partem communi sententiæ probabiliorum esse fuaunt. Ad quartum dic, in dubio faciendum esse valori matrimonij, nisi causa alia magis fauorabilis oppositum sua-

deat. At hic concurrit ex altera parte fauor fidei, qui summus est, ob quem Christus huius matrimonij dissolutionem concessit. Ad vltimum dic, non esse rationem dissolutionis, quod ea habitatio cum fide pugnet: sed quia tunc infidelis dicitur recedere volens habitationem fidei interdictam. (vt n. 4. & 9. ostendimus.) Et esto ea esset ratio, satis cum fide pugnat, ac illã dedecet, habitare fidelem cum infideli in tam arcta vitæ consuetudine, ac est coniugalit in hac tempestate, in qua infideles sunt adeo obstinati, vt meritò ex tali consortio eorum salus desperetur.

DISPUT. SEPTVAGESIMA QVINTA.

An in prædictis casibus, quibus licet fidei matrimonium dissolvere, & ad aliud transire, dissoluatur statim matrimonium, an potius tunc, quando fidelis ad alias nuptias transit?

SUMMARIUM.

Non statim ac infidelis conuertitur ad fidem, dissoluatur matrimonium. n. 1.
 An dissoluatur statim ac infidelis renuit legitime habitare cum fidei? Refertur duplex sententia. n. 2. & 3.
 Non dissoluatur, donec fidelis ad alias nuptias transeat. Et infidelis ante eum transitum conuersum tenetur fidelis recipere. n. 4.
 Non dissoluatur, quauis Ecclesie sententia interceperit, donec fidelis ad aliud matrimonium migret. n. 5.
 Infidelis nequit valido matrimonio iungi, donec fidelis aliud ineat. n. 6.
 Non dissoluatur id matrimonium per transitum infidelis ad aliud. n. 7.
 Si infidelis ad alterum conuertatur ad fidem, nondum fidelis alio matrimonio deuincto, non tenetur fidelis eum admittere, ac nequit ad alias nuptias fidelis migrare. n. 8.
 Si ante nouas fidelis nuptias conuertatur ad fidem, non est opus nouo inter ipsos matrimonij contractu. n. 9.
 Si post nuptias fidelis, eoque iam viduo effecto, conuertatur coniux infidelis, non tenetur fidelis illum admittere, nec potest, nisi nouum eum eo matrimonium ineat. n. 10.
 An si infidelis post fidelis conuersionem actus infidelitatis exerceuerit, reuocatur fidelis eum admittere, si conuertatur ante matrimonium nouum ab ipso fidei initum? n. 11.
 Satisfit argumentis. n. 12.

Ertissimum est (vt probauimus disputatione 73. num. 6.) non statim ac alter coniux ad fidem conuertitur, altero in infidelitate remanente, dissolui prius matrimonium. Difficultas autem eod pertinet, an in casibus, in quibus disput. precedenti diximus, integrum esse coniugi ad fidem conuerso transire ad aliud matrimonium: quia, nimirum, iuxta nostram sententiam, alter renuit ad fidem conuerti: vel iuxta alteram, non vult cohabitare abfque contumelia Creatoris, aut sine pertractione ad peccatũ, dissoluatur eod ipso matrimonium: an potius tunc, quando fidelis transit ad alias nuptias?

Triplex est sententia. Prima ait, statim dissolui non expectato transitu fidelis ad aliud matrimonium. Ducitur ex c. finali 28. q. 2. quod est desumptum ex D. Ambrosio. 1. Cor. 7. ibi. *Contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur.* Secunda, quia id videntur docere versiculi, qui communiter circumferuntur, & recitantur à Glossa cap. quanto, verb. contumelia, de diuortijs.

Spernas spernentem, vel blasphemare volentẽ. Nam sunt absq, mora sic vincula rupta priora. Tertio, quia posterus matrimonium iniri priori permanente nõ potest. Ergo prius matrimonij dissolutum, antequam secundum inëatur. Et ideo huius sententię sunt

ex turis peritis, Ioannes Doctor antiquus relatus à glof. c. Gaudemus, verb. cõpelle tur, de diuort. glof. c. si infidelis, verb. libertatem. 28. q. 1. & c. fin. verb. ius. 28. q. 2. & c. quãto, verb. qui relinquitur, de diuort. & ibi Innoc. n. vnc. paulò post princ. Host. n. 3. Abb. n. 7. Prap. n. 5. Idem Abb. d. c. Gaudemus. n. 15. vbi Prap. 6. qui autem, n. 4. Goffred. sum. rit. de diuort. n. 7. & de conuert. infid. n. 2. Ast. 2. p. sum. libr. 8. tit. 2. 1. ar. 2. q. 5. Angel. verb. matrimonij. 3. impedimento. 10. n. 3. Ant. Cuc. libr. 5. instr. maior. tit. 12. n. 100. Et ex Theologis Ricard. 4. d. 39. ar. 2. q. 2. Alcius dorenensis lib. 4. sum. m. 2. tra. 1. 9. c. 6. q. 2. statim in princ. Abulens. 1. Reg. 8. q. 30. Manuel. 1. tomo sum. m. 2. editione. c. 23. o. fine. Et dicunt esse probabilem Bartholom. à Ledesma, & Vega. n. 4. allegandi.

3 Secunda sententia concordat cõ præcedenti quoad hoc, vt dissoluatur prius matrimonium ante posterius à fidei initum, sed differt in hoc, quod præcedens ait dissolui statim ac infidelis monitus renuit legitime habitare: hæc autẽ ait nõ statim dissolui, sed quãdo auctoritate Ecclesie concessio termino infidelis non vult legitime cohabitare fidelitunc enim elapso termino dissoluatur eod ipso matrimonium: & licet solutũ sit matrimonij, si conuertatur infidelis ante transitũ fidelis ad alias nuptias, restituet in infidelis iure postliminij ad prius matrimonij, & compellitur fidelis ipsum recipere, & iterum contrahere cum illo: si verò pudente cõpulsionẽ ineat fidelis aliud matrimonij, dicit hæc sctẽtia id fore validũ, eod prius sit omninò solutum. Ita sustinent Host. c. Gaudemus. num. 13. super verb. cõpelle tur, de diuort. Ioan. And. n. 15. Anton. n. 20. Anchar. n. 26. Archid. c. fin. n. 2. 28. q. 2. & ibi Bellamera. n. 2. Henric. c. quanto, de diuort. n. 3. Sed disput. præcedenti. n. 17. probauimus, non esse necessarium assignari terminum à iudice.

4 Tertia sententia (cui adhæreo) sustinet nõ dissolui prius matrimonij, donec fidelis ad alias nuptias transeat, ita vt generatio vnus sit corruptio alterius. Quare si fidelis nõquã mutet statũ, perseverabit prius matrimonij vinculũ, & quotiescũq; infidelis conuersus fuerit ad fidem, tenebitur fidelis illũ tãquã verũ coniugẽ admittere. Probaf enim c. Gaudemus ad fin. de diuort. ibi. *Quod si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur, antequã propter causas prædictas legitimã ille ducat vxorẽ, eã recipere cõpelle tur.* Si ergo

cõpelle tur recipere, non erit solutũ prius matrimonij. Nã si solutũ erat, non potest cõpelli ad recipiendũ eũ, qui verus cõiux non est. Huius argumẽti vim perpẽdẽtes Doctores cõtranj varias excogitarũ solutiones. Prima est, quã tradat Doctores noui. præcedẽti allegati, restitui vinculũ prioris matrimonij, quali iure postliminij. Vt c. cõ per bellicã. 33. q. 3. Secũda solutio est Goffredi allegati. n. 2. cõpelli ruc fidelẽ ad recipiendũ infidelẽ nõ denuò cõuersum, nõ virtute prioris matrimonij, quod omninò solutum est, sed virtute noui matrimonij, quod compellitur inire fauore religionis Christiane asstũptæ. Sed prior solutio in de cõsuetate, quia non est restitutio, vbi nullũ ius cõpetit ei, cui restitutio faciendã est. At semel dissoluto matrimonio, nullũ ius competit infideli denuò conuerso, ad quod restituitur. Præterea, quia ius postliminij tunc habet locũ, quando quispiam existimabat ius amississe, quod verò non amiserat, ac idcirco si aliqua res eius ad aliu peruenierat, ei redduntur. At que ideo. c. cum per bellicã. 34. q. 3. restituitur vxor secundò nuptã priori viro, quẽ defunctũ falso putabat, eod quod verè inter illos fuisset matrimonium. At in nostro casu nullum superest ius coniugi infideli supposita vera prioris matrimonij dissolutione. Nõ ergo habet locum ius postliminij. Posterior etiam solutio inde redarguitur, quod nullus ad matrimonium cum persona determinata cõpelli possit, nisi vel ex propria promissione. c. ex literis. e. 2. de spõsal. vel ex delicto, vt quia virginẽ deflorauit inuitam. c. 1. de adult. Atq; ita Doctores eo. c. 1. dicunt illum casum esse specialem: vt Innoc. ibi. n. 2. Host. n. 2. Ioan. Andr. fine. Anton. n. 6. Anchar. n. 4. Cardin. n. 1. oppositione. 3. Ananias. n. 4. Imò nõ nec tunc præcisẽ compellitur, sed casu, quod deflorans non vult dotem defloratæ cõstituerẽ. Vt constat ex c. 2. de adult. & docet Host. Ioan. And. Anchar. Cardin. Anani. Antõg. eisdem locis. Cũ ergo in hoc euctu nullum sit fidei delictum, nullaque promissio superest dissoluto omninò prioris matrimonij nõ est cur compellatur. Nec rationi consonat ex consequẽtia prioris matrimonij in fidei fauorem cõpulsionẽ hæc statui. Cũ etenim prius matrimonij omninò defierit, & is nihil sit, nullũ ius, & cõsequẽtia ipsius superesse possunt. Sicut quia morte dissoluitur matrimonij, aut si si ratũ, professione reigionis, si mortuus